



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**In Hoc Libello Continentvr.|| Divo Maximiliano Avgvsto
Chvnradi Cel||tis rapsōdia Lavdes Et Victoria De
Boe-||mannis Per Septem Electores Et || Regem**

Celtis, Konrad

Auguste: Vinde:, 1505

VD16 C 1897

Ioannes Pavetianvs Boema[n]nus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14416

Iccirco stipula miscrum dispergere carmen
Cogor: uti clangens anser canit inter olores.
Quantulacūq; tamen tibi carmina Maximiliane
Rex invicte cano: quæ perlege fronte serena.
Sed quis condignas poterit tibi dicere laudes:
Qui tua per totū diffundis nomina mandum:
Nobilitate simul uirute: et corpe toto
Europæ cunctos contingēs sanguine reges.
Carmina quapropter multi cantare parati
Conueniūt iuuenes: tamē hinc maiorue minorue
Gloria non crescet tibi: uirtus carmine maior
Est tua: quæ cunctos uincit sub cardine reges.
Vera ego iā documēta canā: nā Phoebus et omnis
Musarum generosa cohors: cytharæq; repertor:
Et ueterū quicquid sapientia scripsit in orbe
Graio aut ausonio: nostras migravit in oras:
Aultriacosq; colunt iam docto carmine colles:
Hic ubi consurgit p̄ Bachica rura Vienna:
Et Cecius caluo cum uertice spectat in histrum.
O ueniat lux illa tuū qua cernere uultum
Possemus: dignos tibi et instaurare triumphos.
Qualis ab oceano uictorq; et qualis ab arcto:
Lætus in aultriacas uenias ut poscimus oras.
Tunc patriis libare deis: tunc soluere tristes
Collibeat curas: uiolisq; intexere frontem.
Mella ferent quercus: Cecius tum nectara fundet.
Tum capient lætos Australiæ sydera uultus.
Sudabunt ceduæ spirātia balsama sylvæ.
Omnibus ingeminabūtur tūc gaudia terris.
Nosq; tui uates tibi carmina mille canemus:
Carmina quæ nullū sunt interitura per æuū.

IOANNES PAVETIANVS Boemānus.

Phoebe regnator lyricae caterue:
Aurei praestes mihi iura plectri:
Principis laudes latii lepore u
Scribere possim.

Est dies foelix niueo lapillo
Ille signandus: leonora quādo
Principem tantum peperit fridri: o
Cesare natum.

Illū tibi natum memorant: uolasse et
Regias bis lex: aquilas: ferentes
Sceptra cum pomo tereti: et coronā
Omnia regni.

Si mihi centum modo terret ora
Phoebus: & doctę astiterint cāmenę:
Non tuę possim memoranda facta
Dicere uite.

IOANNES MENANVS Oltrofrancus.

Terrarū o princeps natus melioribus annis:
Caesite ingenium fata dedere tibi.

Sydera qui caeli: qui mundi clymata calles:
Et quicquid pontus: terraq; tota tenet.

Tu prudēs: iustus: sine Marte et laepe triumphas:
Quod prebent paucis saecula nostra uiris.

Defensor patria: pacis clarissimus autor:
Summus et integrae religionis honos.

Summus amor uatū: prisceorum more uirosum:
Largiter aoniis dans tua dona uiris.

Qui tibi perpetuas cantabūt carmine laudes:
Quas alti extinguit nulla litura maris.

Quapropter Caesar Rhomani conditor orbis:
Duxit laurigeros in sua castra uiros.

Non sine pieris exercuit artibus arma
Scipiadesuatum maxima cura fuit.

Magnus Alexander sacros nutritisse poetas
fertur: et aeterna laude beatus erat.

Principē mūdi canimus fauete
Sit dies nobis memorāda musae,
Et mihi maior fluat ad bibedum
Castalis unda.

Haud procul cultus locus: & Viēna est:
Quem sacer iucus rosulq; campus
Cingit: et pulchram leuat intus altis
Moenibus arcem.

Mox fides ueri uolucres secuta est:
Arce te summa latia locantes:
Pacis ac belli moderatōratq;
Totius orbis.

Vatibus doctis tua liberalis
Dona fers: totū tibi referent p orbem
Te patrem nostrū: sobolem tuamq; ad
Sydera tollent.